

PSALMI LXXI. DISPOSITIO.

Justus sub cruce, ut palma. Juva senescentem.

Fest hic (1) Auxiliū imploratio: ubi (1) confusionis deprecationē: ne confundar in eternū: v. 1. ratio: speravi in te. ibid. (2) creptio; ratio: ob justitiam tuam: v. 2. (3) auscultatio precum: (4) salvatio: ibid. [5] suscep̄tio: sis mihi petra robusta &c. v. 3. ratio: promisisti salutem: petra & per fugium meum tu hactenus fuisti semper: ibid. [6] liberatio ē manu impii &c. v. 4. Ratio: spes mea tu fuisti inde ā pueritiae mea: v. 5. 6. imo: ex utero extraxisti: te semper laudavi: v. 6. multis me prodigium fecisti: asylum meum fuisti: v. 7. (7) novae continuæque laudis subministratio: v. 8. (8) senii confortatio: v. 9. Ratio: minicimi contrame consultant: v. 10. desertionem objectant: persequuntur fervide: v. 11. (9) Dei præsidium: ne elongeris ā me: v. 12. (10) auxiliū acceleratio: ibid. [11] hostium confusio, v. 13.

A II. Gratitudinis promissio: (1) expectabo constanter: v. 14. (2) laudem tuam adaugebo: ibid. justitiam tuam quotidie commemorando, salutemque innuineram: v. 15. (3) In fortitudine tua ingrediar: v. 16. (4) solam tuam justitiam recensabo: ibid. Ratio: ā juventute mea me informasti: mirabilia tua commemoranda habeo: v. 17. Repetitur hic de nū senile suspirium: ne deseras me ad canitatem usque: v. 18. (5) commemorabo brachium roburque tuum generationi adhuc nascituræ: v. 18. justitiam item tuam excelsam: v. 19. facta immensa: majestatem tuam incomparabilem: ibid. restitutionem mei ipsius post perpessa mala lethalia, v. 20. 21. (6) Celebrabō te voce instrumentisque musicis: v. 22. 23. 24. ratio: insidiatores mei confusi sunt: v. 24.

PSALMUS LXXI.

Titulum in Vulgato & LXX. (*Psalmus David filiorum Jonadab & priorum captivorum*) inter somnia refert *Folengius* monachus Cassianus; ab interprete aliquo additum, *Bellarmino* annotante. Quam devotè psalmum hunc oraverit Dux Sax. Henricus jam senescens, refert Strignit. *itin. Ema. conc. 15.*

EXPLICATIO VERSUS I.

שְׁפֵרָאַי *speravi:*) eadem hīc recurrent verba, quæ jam suprà adfuerunt *Psal. XXXI, 2. seq.*

EXPLICATIO VERSUS II.

אֶרְפִּיאָס *me:*) futurum secundum ponitur pro primo, ceu expressè id legitur *Psal. XXXI, 3.* imo quale & h. l. mox sequitur: **חַטָּאת** *inleina.*

בְּצֻדְקָתְךָ *per justitiam tuam:*) videlicet non essentiale, ut voluit Osiander, sed officii: *Huet. F. C. art. 3. c. 3. p. 345. 348.*

EXPLICATIO VERSUS III.

מִעֲן in petram *habitationis:*] quædam exemplaria legunt **כְּבוֹד** *roboris*, quâ ratione etiam Chaldaeus **בְּקָרְבָּה** *fortis valde.* Verum consensus Codicum optimorum, nec non Interpretum Ebraeorum, non patitur nos recedere à lectiōne per *Nun finale*, uti habet Drusius *quæst. per epis. 72. p. m. 153. LXX. eis θεοὶ ὑπερασπιστοί*, qui eidem Drusio legiſſe evidentur *מִצְמָא*. Syrus vero: *esto mihi נְזִיר* *domus habitaculi.* Quicquid sit, Masora etiam confirmat lectiōnem per (1) adeo que **מִעֲן** derivatum huc videtur ex *Psal. XXXI, 3.* que citra tamen necessitatem. Confer *Psal. XC, 1.* item Buxtorf. *anticrit. p. 379.*

לְכֹוֹא *ad veniendum:*] scilicet **שְׁפֵרָאַי** *illuc,* **אֶלְיוֹן** *ad eam*, videlicet petram. Sic eidem huic infinito **לְכֹוֹא** subjungitur **שְׁמָה** *Dcut. XXX, 18.* Determinatur verò hanc ratione asyli facilis accommodaditios, ut quocunque etiam periculō

ingruente citra impedimentum vel præclusiō nem, liceat sibi intrare. Illustrari hoc posset ex illō *asylorum* requisito, quō planam illuc viam scandalisque carentem voluit servari Dominus, ne fugientes, fortè asperitate viarum superati, insequentium corriperentur manibus. vide *Deut. XIX, 3. seq.* item *Fagium ad parapb. Ch. Num. XXXV. Cocum de Sanhed. p. 431. seq.* Selenum *I. N. & G. l. 4. c. 2.*

חַיְירָה *jugiter:*) quoties scilicet postulaverit necessitas. Alias semel ingressus munitum locum, non opus habet eō *venire jugiter.*

צִוִּיתְךָ *præcepisti vel præcipe:*) h. e. decerne, ut salver; vel mandata angelis ac creaturis, ut illæsus ego evadam, confer *Psal. XCI, 11.* angelis suis **מִצְמָא** mandabit de te: ceu *Psal. XLIV, 5.* **מִצְמָא** salutes Jacob, i. e. decerne. Præteritum vices hic sustinet imperativi vel futuri primi, qualia & antecedunt & sequuntur; *Psal. IV, 2.* **וְרֹחֶבֶת** dilata: *Psal. LVI, 9.* **כְּפָרָת** numera: *Psal. LX, 6.* **נְחַתָּה** de *Psal. XXII, 22.* **עַזְיָהָנִי** exaudi me. Retineri tamen præteritum quoque posset, si suppleatur fortè **כְּנַשְׁדָּה** quemadmodum decrevisti, promisisti, vel juxta Piscatorem, qui *præcepisti*, ex Lutherō: der du zugesagt hast mir zu helfsen: vel juxta Campensem: *decrevisti enim*, vel simile quid aliud. De verbō **צִוָּה** *præcepit*, item *promisit*, vide, si lubet, *Psal. XLII, 9.* interdiu **יִשְׁעֵנִי** gratiam suam. Figmentum nonnullorum ē papatu de corruptis fontibus, ac si esse deberet **לְבִתְהַדֵּר** **מִצְדָּרָה** refutatum vide apud Charier, *tom. I. pars 1. l. 13. c. 10. §. 48. seqq.*

כָּלְעֵי *petra mea:*) iterum hæc coincidunt cum *Psalmo XXXI, 4.*

EXPLICATIO VERSUS IV.

מִידָּה *ē manu:*) h. e. potestate. eanamque, quæ manibus tenentur, possunt vel comprimi, vel lədi, vel projici pro lubitu. Ita & David instar aviculae